

Als

Der Hoch-Edle / Best / Hochgelahrte und Hochbenahmte

H E R R

Gerr George Gühener

Der Königl. Stadt Thorn hochverdienter ältester Bü
ger- Meister / wie auch des Gymnasii daselbst
hochansehnlicher Protoscholarcha &c.

Seine einiggeliebte Ehleibliche Jungfer Tochter /

Die Edle / Hoch- Jugendbegabte

Jungfrau Anna Elisabeth

mit (Tit. pl.)

Herrn Jacob Skarden/

E. E. Rath's in Thorn wolverordnetem Secretario,
am 5. Jan. dieses neu - angehenden 1700. Jahres feier-
lichst vermählen ließ/
Wolten

Ihre schuldigste Gratulationes mit einigen freunden Zeilen abstattan

des Gymnasii

Rector und Professores Publ.



I H O R N /

Gedruckt in einer Hoch-Edl. Rath's Druckerey.

ATRI

A. Auktionat. am 1. Jan. 1700.

Te, Domina, alloquor.

Non poterit donare tibi mea Musa monile
Auro contortum, niveam narrabo Coronam
Virtutum altarum, quam casto pectore gestas
VIRGO, cara Deo, Veræ Pietatis Imago.
Ille ego sum qui Te librabam sæpius ulnis,
Et blandis scivi verbis cōpescere fletum,
Utens liminibus Magni Genitoris amicis.
Natæ non licuit dulcis sermone parentis
Præceptisque frui. Sacros explere labores
Sponte Patér voluit. Nutrivit sedulus ignes,
Quos implantavit teneræ natura benigna.
Dum petiit surgenſ divina Habitacula sacræ
Justitiæ, vigilans præeuntem cura secuta est.
Fecit iter? Currum atque rotas pia cura secuta est.
Felicem curam! sequitur quam copia fructus.
Naturæ doseſt facies generosa, vel aula
Regum, vel superum non indignissima Regno.
Exornent alias torques, superaddis honorem
Torquibus ipsa tuis. Pietas insignibus alma
Te munit. Sacrum Davidis Carmen ab ore
Currit. Regrediens templis nec inania tractas,
Sed quæ exaudisti pulchre divina recenses.
Non vidi speciem vultus oris que ferocis
In Te. Sic docuit Te vivere dura Parentis
Et Cura & Pietas veluti peperisset amavit
Te. Pietate Parenſ parvæ fuit illa, fuisti
Filia Tu Pietate tua. Certastis amore
Filia perficere an Mater præscribere plura
Posset. Nunc avidi subeas, *castissima Virgo*,
Jura tori. Excipias hoc Donum, *Sponse*, polorum
Sede, datum domus una dedit cunabula vobis.
Sponse, domus fecit stillent tua pectora doctis
Quod nimbis justum Te quod stipare Senatum
Cernant. Quid restat? *Soceri reverere penates*.
Nullus eo tibi sit major. Concordia limen,
Certa fides teneant, thalami letentur amores.
Natum redde Patri. Nil ultra posco Poeta.

JOHANNES REZIK P. P.
cujus omnia inclytæ Domui
Eubenerianæ Sacra Junto.